

11m mmmmmmmmmmmmmmmmmmm

11m mmmmmmmmmmmmmmmmmmm

11m

11m mmmmmmmmmmmmmmmmmmm

11m

11m mmmmmmmmmmmmmmmmmmm

11m mmmmmmmmmmmmmmmmmmm

11m mmmmmmmmmmmmmmmmmmm

- Personalschriften -  
 = 54 Nummern, 1628.-1642. J. =

51. Albinus, M. Loo.	44. Heinrich, Sam.	35. Puchlirsch, Jos.
32. 33. 34. } Balduin, Friedr.	46. Holtzmüller, Joh.	41. Quellmaltz, Loo.
42. Bamberg, Loo. d. J.	29. Horlemann, Andr.	8. Röber, Sabina
26. 27. } Barthmann, Joh.	49. Hülsemann, Johann	45. Schindler-Berg
4. 5. } Biener, Christ.	50. Hlshner, Paul	43. Sperling, Paul
40. Braun, Valmt.	7. Johann Georg, Kerfützt	18. Ströer, Matth.
20. Coler, Johann	21. Kirsten, Mart.	1. Treutzsch, Chris. u. a.
22. Cramer, Theod.	17. Liborius, Joham.	11. Ull, Johannes
24. Crusius, A.	16. Macht, Michael	12. ders.
48. Ehrenhold	3. Neefe, Joh. Cusp.	25. Wagner, Gottf.
23. Emmerling, Sam.	13. Nigrinus, Wilt.	6. Weber, Paul
52. 53. } Ferdinand III	14. ders.	31. Wächinger, Joh.
10. Gärtner, Paul	15. ders.	39. Weiskopff, Joh.
47. Gotterrichtungen, nach Ovidischer Art	36. Plattner, Georg	9. Weller, Jakob
2. Graul, Daniel	37. Polonius, Raph.	19. ders.
28. Graul, Daniel	38. ders.	30. ders.

E.

VOTA GRATULATORIA  
 DN. JACOBO WELERO  
 SS. TH. D. EIUSDEMQUE EXTRAORD. ET  
 L. ORIENT. ORDIN. PROFESS. PUBLICO,  
 ET

CHRISTINÆ - DOROTHEÆ  
 DN. PAULI RÖBERI SS. THEOL.  
 D. PROF. PUBL. PAST. ET SUPERINTENDENTIS  
 GENERALIS  
 FILIÆ  
 CONSECRATA  
 A COMMENSALIBUS ET INQVILINIS.  
 D. XVII JULII ANNO MDCCXXXIX.

---

WITTENBERGÆ,  
 Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

WELLERI *tadas Wendler celebrare volebat*

*Ex animo: quid fit? febris anhela vetat.*

M. Michael Wendlerus Facult.  
Philos. Adjunctus.

Π Psal. 113, v. 7 & seqq.

Αμμεδέων Θεός ἐκ κόνων ὑψωσε ταπεινόν,  
Πηλυτέρη ἰτόκω τέκνα δίδωσι Φίλα.  
*Elegia.*

*Vivant* WELLERUS simul & RÖBERIA Virgo;  
Quos jam conjugij copula laeta beat.

*Vivant!* hæc mea vox prima est, quæ SPONSE, fidelis  
Ex animo vitæ commoda multa precor.

Dura fatis Te crux primis, WELERE, sub annis  
Exercuit: nec spes sæpius ulla super.

At Te pulvereâ de sorte levavit egenum,  
Prostratumque solo sustulit ipse Deus:

Ut summo positus folio piâ dogmata verbi  
Tractes, & patriæ commoda magna feras.

Haut minus ergò Tibi donorum copia dives  
Ut sit, Amaltheæ quàm locuplete sinu.

Obtinuit cornu, quæ deerat sola bonarum.  
Dus dotum in thalami jura puella datur.

Bella puella decore, fide, ac virtutis amore,  
Quæ Te multiplici prole beare potest.

Quin igitur gaudes tædis felicibus aucte  
SPONSE, bonis Sponsæ perfruerisque lubens?

Tu quoque quin gaudes tædis felicibus aucta  
SPONSA, tui Sponsi tantaque dona capis?

Arripite ambo pij, quæ maxima munera vobis  
Sufficiente manu suggerit ipse DEUS.

Illius est manus thalami per mutua vincla,  
Lætisque omnibus corda coire duo.

Illius

Illius est munus steriles solari hymenæos,  
Et vacuum multâ prole beare domum.  
Vos super effundat gratum Deus ipse favorem,  
Inque domus vestras hæc bona cuncta ferat:  
Ut lætetur Avus, Vos plaudatisque parentes,  
Pulsio cum vestros luset ante pedes.  
Perpetuus puro vos colliget ardor amore,  
Inque animis sedem pax legat alma suam.  
Quosque pares animis natura jugavit amantes,  
Vos tumulo tandem claudat & una dies.  
Hæc precor, hæc spero sic confore: namque piorum  
Jova bonus semper spes jubet esse ratas.

*M. Johannes Schindlerus  
Chemnicensis Alum. Elect.*

**W** Er seuffzet nicht mit sonderm schrecken/  
Wann er bey Reichthumb/ehr vnd glück/  
Lest seinen Geist die zeit erwecken/  
In welcher mit verboster dück  
Das glück mit seiner Tugend hat  
Gespielet an des Balles stat.  
Wie es ihn bald in zarter Jugend/  
Hat als den armsten arm gemacht;  
Wie vnerkand des Geistes tugend/  
Man seinen schlechten stand veracht;  
Wie seiner jahre schönste zeit  
Er hat verbracht in flag vnd leid.  
Wann er nun so zu rücke siehet/  
Vnd solch sein elend kaum noch kent;  
Vnd jeso vor sich sieht bemühet/  
Das gute glück / das also rent/  
Ihm seiner tugend schönsten lohn  
Zu geben/ den er hat hiervon.

A ij

Wie

Wie der nun recht vergnügt kann prangen/  
Dem seines Lebens Glückeschiff  
Also gewünscht ans Land gegangen/  
Das vor durch wellen irrig lieff/  
Seid ihr Herr Breutigam gefragt?  
Die Fröligkeit mir Antwort sagt.

Wohl euch ihr seeligen zwey Liebe/  
Wohl euch ihr Geist vereinigt Paar/  
Das Euch kein Unfall mehr betrübe/  
Vnd ihr gesund lebt lange Jahr/  
Seh Euch gewünscht bey dieser Zeit/  
Die Euch im Geist vnd Seel erfreut.

Jodocus Willich.

*Quod celebras thalamum, longè celeberrime Doctore,  
Expedit carmen, fas reor esse, breve.  
Lætum, fœcundum, concors, ex parte beatum  
Omni conjugium sit, rogo, Sponse, tuum.*

David Vogelius Cygn.

*Omnia fors versat: post tristia, gaudia surgunt,  
Luxque repercussis nubibus alma datur.  
En nuper vidui plorabas, tædia lecti,  
Dum thalami sociam mors inimica tulit.  
Nunc jam virgo tibi lociatur amore jugali,  
A patre per celebri quæ bona nata venit.  
Quam pulchræ exornat spectata modestia formæ,  
Atque verecundus cum pietate pudor.  
Hanc igitur fortem Dominus fortunet, & omni  
Circumdet vestram prosperitate domum.  
Sit pax dia toro, cingat concordia corda,  
Et procul à vobis tristis Erynnis eat.  
Omnia præterea simul & mea Musa precatur,  
Quæ bona conjugibus sint modo grata novis.*

Carolus Fridericus Heymannus. Dresd.

Dum!

**D**um Wellere paras sacra conjugalialia, votis  
apposuisse pijs me pia vota decet.  
Quot fert cultus ager spicas, quot gramina campus,  
tot bona det vobis archiguberna Deus.  
Non lectus luctus fiat; neq; tædia tædæ,  
conjugiumq; jugum, nec sit amaror amor.  
Quod superest paucis comprehendam plurima verbis,  
huicce. Pari parcat, Parca severa diu.

Hæc paucula gratulationis ergo  
apposuit

Johannes Gottlieb Schlegelius  
Dresdensis.

---

**S**ola Dei bonitas nobis bona cuncta refundit:  
Omnia sola Dei provida cura regit.  
Nunc uxor tibi chara, Pater charissime, nobis  
Mater & illius munere grata datur.  
Quid superest igitur, quàm ut sacri gratia cœli  
Sospitet, è solâ quod bonitate dedit?  
Hæc semper latare, Pater venerande, maritâ,  
Cumque hæc grata lubens accipe dona Dei.  
Hoc precor, & quicquid voti mens nuncupat unquam,  
A Patre supremo fata benigna ferant.

ita Parentibus suis ex animo gra-  
tulatur

Martinus Græffenthal Witteberg.

---

**W**ellero cedit Roberi Filia prima,  
Juncta ardore pari, connubiq; fide.  
Verba pijs studiis quis non gratantia fundat,  
Et canat ad sacrum lingvâ animoq; thorum?  
Quod possum, precor: ipse Deus benedicere Sponso,  
Et largâ Sponsam dote beare velit.

Johannes Kernichen  
Dresdensis.

A 3'

Gra-

**G**ratuler? an fileam? cessit dolor ante malorum,  
 Gaudia succedunt, & bona mille malis.  
 Nam Tibi mille parit lectissima nympha lepores,  
 Cujus in amplexu languida corda foves.  
 Nempe Tui voti Te damnat cura Jehovahæ,  
 Quis pudor ergò fiet lætitiæve modus?  
 Apprecor hoc unum: cui vincla jugalia curæ,  
 In Pylios annos det bona fata Deus.

*Johannes Casparus Geltnerus  
 Onoldo - Francus.*

**W**ie selig seid ihr doch ô schönste Braut zuschicken /  
 Das euch das glück ersehnt Herr Wellern zuergessen /  
 Den vieles unglück's durchtriebnen hohen man  
 So hoch / das einer kaum sich ihm vergleichen kan  
 An Ehr' vnd guttem glück'. O selig ewer trachten  
 Nach solches mannes gunst. Denn höher ist zu achten  
 Ein solch geübte gemühe in glück vnd unglück /  
 Das sich bey jenem nicht erhebt / vnd dessen tück  
 Auch träget mit gedult / als der / der nur nach willen  
 In stuben ist ernehrt. Des wünschen sein erfüllen  
 Erlanget wann er wil / der nicht zusagen weis  
 Was dienst vnd armuth sey. Herr Wellern hat sein  
 In seiner jugent noth zu diesem siz getrieben / (fleis  
 Wo nur gelehrte sind / sein embsig edles lieben  
 War nicht an gut vnd geld' / es war in rechter kunst /  
 Drumb wohl euch / Jungfer Braut / das ihr nun seine  
 Auff ewig eigen hat / lebt wol / es müß' euch meiden (gunst  
 Dieß alles was man nur vermag zunennen leiden.  
 Hingegen werdet alt bey glück / vnd lebt gesund /  
 Vnd was darzu noch kömmt / das macht die zeit vns funde.  
 Godofredus Nefenus



**J**am Weller pulchram jungit sibi fœdere costam,  
Et sacras ades, Te duce Christe, petit.  
Hanc ego fortunam Tibi, Vir Reverende, secundam  
Gratulor ex animo, cunctaq; fausta precor.  
Det Deus, ut, qua jam cœpit fors leta, perennis  
Permaneât, stabili continuata gradu.  
Crescat amor magis atq; magis vos inter, honore  
Floreât incolumis divitijsq; domus.  
Vive diu interea cum costâ, vive, nec unquam  
Perturbent vestrum fata sinistra torum.

Constantinus Am Ende  
Pirnensis.

**M**agna erat in thalamos culpa olim ivisse secundos,  
Hinc Dido incensis insilit ipsa rogis.  
Clarior at Te Lux circumnitet, inclyte Sponse,  
Quod sit Sardiadæ juncta Cetura tenes.  
Quare Dorotheam Christinam ducis amatam,  
Quam Charitum quartam rite vocare licet.  
Cuncta tibi similis, si spectes stemma, genusq;  
Si spectes cultum, si Genium, Ingenium.  
Quod semel emensus felici fidere marmor,  
Rursus ini, & portum mercibus auctus adi.

Johannes Bolthenius  
Willst-Holf.

**E**N datur à Domino tibi Costa secunda, secundo  
Adjungam thalamo vota secunda tuo.  
Vos circumcingat fortuna secunda, domusq;  
Sentiât omnigenam vestra salutis opem.  
Pax peramica, Dei benedictio larga, fidesq;  
Intemerata, salus vos regat atq; tegat.  
Punitâ recreet primâ vos vita secunda,  
Morsq; secunda retrò cede, recede procul.

Martinus Schlegelius.  
Sic

Sic est: citato mutat in horulas  
Soli theatrô, Sol nitidissime  
Weller Sionæi Sacelli,  
Sors violenta vices rotatu.  
Tempestuosi scilicet Hadriæ  
Non inquietat turbine turbidus  
Apeliotes semper undas:  
Ata nec usque furit furores.  
Nec semper altâ stat nive candidum  
Soracte, nec semper polydædalos  
Vesana Cephei sæviori  
Lampas adurit agros calore.  
Hoc esse verum jam Tua calculô,  
Vir multilaudis, Musula comprobat,  
Non pauciores quæ malorum  
Iliades numerare callet.  
Verùm diurna lætitiâ tuam,  
Pax purpuratis aurea remigat  
Pennis ab alto bellulamque  
Jova sacrat Tibi Pasicompsam.  
Quare ejulatus desine lugubres,  
Laxaque plenis carbasa jubilis:  
Præstantior nam Virginella  
Vix, Neonymphe, dari potestur,  
Ex corde gratôr, purpureô Tagus  
Vestrum pererret flumine scrinium,  
Faustâque tangatis volucris  
Profapiâ Pylij senectam,

Johannes Tzschoppelius  
Chemnicensis,

F I N I S.







Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.